



**Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philip *<Eichstätt, Bischof>***

**Ingolstadii, 1617**

Cap. XXV. De S. VVunebaldo Abbe, & de fundatione Monasterij in  
Heidenheim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](#)

*De S. VVunnebaldo Abbatte, & de fundatione Monasterij in Heidenhaim.*

**H**is apud S. VVillibaldum sic peractis,  
 S. VVunnebaldus germanus eius  
 diuturnitate multi temporis lassatus, & fre-  
 quentia orationum & vigiliarum debilita-  
 tus, timuit fructum laborum suorum vanę  
 laudis gloria euancere, & lampadē suam,  
 veniente sponso, infatuato oleo tenebre-  
 scere. Et ideo delicias, & lautiores cibos, co-  
 piāque vini, quæ circa Rhenum super-  
 abundat, & frequentiam populorum, fir-  
 miter in animo suo disposuit subterfugere.  
 Ecclesiis itaque quas regendas suscepit,  
 bene dispositis, & accepta licentia ab Ar-  
 chiepiscopo, secretum solitudinis petiuit,  
 & ad partes illas, quæ Svvauelden nuncu-  
 pantur, accessit. Et cum diu hac & illac cir-  
 cumcursando, locum suo desiderio com-  
 placentem quæreret, tandem diuina pro-  
 uidentia ita disponente, inter densitates sil-  
 uarum, & inter conuallia montium, solitu-  
S. VVunnebaldus frequentia hominum fugere cogitat.

N 2

dinem

*Quarit locum  
habitandi in  
solitudine.*

dinem multitudine fontium, & qualitate suæ magnitudinis veloci impetu decurrentium irriguam, & monasticę habitatio ni congruam inuenit. Cuius loci situm vir beatus diligenter considerans, ex toto cor de exhilaratus est; & benedicens Deo, solo que prostratus cum Propheta exclamauit dicens. Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

*Psal. 131.*

*Patitur iniu-  
riam.*

*Implorat opem  
S. VVillibaldi.*

Erat autem in eodem loco paruula plani ties, ad instar agri modici, quam incola rum quidam suo iuri vendicabat; & sicut impij solent persecutionem iustis inferre, viro Dei, ut de loco recederet, vim faciebat. Sed Confessor Christi illatas molestias pa tienter sufferens ad fratrem suum Eystet tensem Episcopum, qui Diocestanus suus erat, perrexit; & quoniam aptum suo desi derio locum inuenisset, & quasi iniurias ab eo, qui eundem loculum sibi usurpabat, pertulisset, indicauit. Pius verò Praeful fra terno desiderio congaudens, & vexationi eius ex intimis visceribus compatiens, vo to fratri adiutorium impendit, & agellum

*mittit*

*et M*

*ab*

ab eo, quieum sibi mancipabat, pro bene- *Nec fructus.*  
 placito illius comparauit: & ne in posterū  
 venditio irritaretur, firmissimo pacto tra-  
 ditionem agelli stabiliuit. Quem locum  
 vir Deo deuotus dignissimè incoluit, & in *Ædificat Mo-*  
*coordinatorum cum mansiunculis exstruxit,* *nasterium.*  
 & vitam sanctorum Patrum imitatus, ad  
 seruiendum Deo religiosas personas, & in  
 obseruatione mandatorum Dei probatas  
 collegit, & cœnobialem vitam celebri cul-  
 tu exhiberi, & regulam S. Benedicti inibi *Colligit cœtum*  
*dignè obseruari constituit; & loco nomen* *Monasticum.*  
*Heidenhaim* usq; in hodiernum diem per-  
 mansit.

Assumpsit etiam sororem suam sanctam  
 VValpurgam, virginem Deo dicatam, quæ  
 cum virginibus Christo despōsatis sub im-  
 perio & eruditione S. VVunnebaldi, ex cō-  
 filio S. Bonifacij Archiepiscopi, & S. VVilli-  
 baldi Eystettensis Episcopi, se ipsas hostiam  
 immaculatam Deo viuenti, sub districtio-  
 ne regularis disciplinæ, iugiter immolaue-  
 runt; quæ etiam de partibus Anglicanis,  
 post obitum matris B. VValpurga Virgi- *S. VValpurga*  
*Heidenheimensi*  
*Parthenonis*

N 3

nis, præficitur.

nis, ad vocationem S. Bonifacij, ac B. VVilibaldi ad S. VVunnebaldum in Thuringiam prius peruererant, ibidem sub regulari custodia Deo seruientes.

## CAPUT XXVI.

*De incremento bono Claustris in  
Heidenhaim.*

**C**reuit itaq; locus ille per merita sancti VVunnebaldi, & S. VValpurgæ Virginis; & sicut interius orationibus & diuino obsequio Sæctorum est adornatus, ita breui tempore in exteriorib' fidelium oblationibus est amplificatus. Nec immerito: nam omne Monasterium, quod in spiritualibus bene regitur, in temporalibus per omnia prosperatur: quod verò in spiritualibus male regitur, in temporalibus pessime gubernatur. Ethoc in diuersis Ecclesiis, Ordinibus, ac monasteriis, nostris temporibus plus experientia docet, quam codices proloquantur. Omnes etiam qui spirituali edificatione per verbum S. VVunnebaldi delium erga s. VVunnebaldi proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus

*Notabilis sen-  
tentia.  
Et auro scri-  
benda.*

*Liberalitas fi-  
delium erga  
s. VVunnebaldi  
proficiens.*